21 Juni

1586.

Singulare meum in omni genere offitij studium, quod ad Dom.
D. V. spectat, debita cum submissione animi D. V. offero. Et scriptis Rdi
Dni Cancellarij, et relatione virorum fide dignorum intellexi. Dni Venerabiles
Dnum Michaelem Parrochum Melsarensem a Rmo offitio suo privatum esse.
Ego ex tali numero cum sim, qui subrogari possunt, non potui non ad Dnos
Vras dare litteras. ut et Rdus D. Cancellarius suaserat, in qbus meam personam
licet indignam, praesentarem, humillimeq peterem, ut scriptis apud Rmum effi
cere nō gravarentur (si tn aptus et dignus a D. Vris, offitio Parrochi indicer)
ut me Parrochia Melsarensi ornaret. Malo enim potius in labore vineae dni, qs
verū secularnō invenire, et percupio studia mea patriae carissimae et nō alys
regionibus impendere. Quod sane egregie praestare potero si Parrochia aliqs adep
tus in hac diocesi fuero. Qd enim mihi studia mea aut alijs, si ea in lucem
non proferrem? Quod si nō fiat vereor ne scientia mea in intellectu rubigi
ne ignorantiae, tanqs gladius in vagina, obducatur. De Patre Possevino, nō
ē q D. Vrae Rda difficultatem habeant, res enim, Deo optimo Maximo sit laus,
peregregie et optime per Rmum et me composita &. Nullam ex parte mea suscipi
endi Parrochiam reperio, restat tn ut ad Vos tanqs ad Dnos meos clementissimos
confugiam, et benevole in meam sententiā pertraham. Ego Deo bene iuvante
me talem praebebo, ut nō solū mihi, verumetiā D. Vris. et honorifice civitati
Melsarensiū laudi esse possim. His in Dnō Dnos Vrae Rda bene diuqs vale
ant, et me subditū suū in patrociniū suscipere non dedignentur. Datae Gred,
stadij 21 Iunij. Anno 1586.

D. V. R.

Humilis servus

Bartholomeus Laubich

123

1521

R[dis] ac Venerabilibus Dnis. Dnis
Canonicis Varmien. Dnis ac Mece-
natibus suis obseruandissimis

—

A[o] 86[o] Die 22[a]
Supñ. Petitio Paro: Varmiae
ciae Melsacensis.